UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui Guinnoci ludimagistri

Spauter, Johannes de

Argentorati, Anno, M. D. XV.

De rus contra Vallam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70853

Visual Library

aut te Coſſe relinquat. Pręgnãs a quo ṽbo ſit participiũ neſcio in-
quit Valla. delibutus participiũ ſine uerbo, nec ſcio an cõpoſitũ ſit
ait Calep. & ſignificat unctus. Teren. in Phor. Si te delibutũ gaudio
reddo. Serui. Plerũq; notat participia ſine uerbi origine, ut in tertiũ
æneí. Errata quia error erraris nõ dicit. Idem in illud ſexti. O uirgo
noua mi facies inopinaue ſurgit. ait nullũ eſt participiũ q̃d a uerbo
nõ trahit, licet a ſui ṽbi forma nõ ueniat, ut placita licet placeor nõ
inueniat, tamẽ placeo inuenit, ſic cœnatus, iuratus, pranſus, triũpha-
tus, regnatus, laboratus, & nõnulla alia, unde galeatus, tunicatus, &
ſimilia nomina ſunt, quia nullũ extat uerbũ. Hęc Serui. ſed aliter ſen
tit in Donatũ Sergius, ſi rite memini.

De rus contra Vallam.

Vt iam diximus noĩa eſſe, quę Valla dixerat eſſe participia. Veluti
indulgẽs pro pulcher, unde indulgẽtior facies, & indulgẽtiſſime fili
apud Quinti. Ita nũc quę illa noĩa dicit eẽ, nos participijs annume-
ramus in rus, uidelicet ubi rei qualitas, aut uolũtas magis q̃ tẽpus ſi
gnificatur, ut prętermiſſurus. i. talis qui nõ p̃termitteret aut p̃termi
ſiſſet, ſi recte attẽdamus uel diſpiciamus, inueniemus futurꝝ ſignifica
ri nõ quod iam futurũ ſit, ſed quod futurũ erat, niſi impedimẽti qd-
piã acceſſiſſet, ideo recte futuri tẽporis dicunt, & certe ſi noĩa forent
nõ regerẽt facile actm̃, quẽ cõſtat ab eis regi in ipſis Vallę exemplis.
Sene. de naturalibus quęſtiõibus. Nullã aũt mentionẽ fecit cometa-
rum, non p̃termiſſurus ſiquid explorati apud illos cõperiſſet. i. non
talis qui p̃termiſiſſet, quoties igit dicendũ foret qui dediſſem &c. ele
gãtiſſime hoc futuro utemur, ut Ioãnes decẽ aureos petiuit a patre,
plus petiturus niſi uerecũdia eũ retraxiſſet, aut niſi repulſam timuiſ
ſet. Quintili. Neq; oĩno huius rei meminit uſq; poeta ipſe, profecto
nõ taciturus de tãta ſua gloria. Plini. Iunior. Itaq; partim oneris tui
mihi uẽdico, & tanq̃ parẽs alter, puellę noſtrę cõfero quinquaginta
milia nũmũ, plus collaturus niſi a uerecũdia tua ſola mediocritate
munuſculi ĩpetrari poſſe cõſiderẽ ne recuſares. Sene. epi. xix. de Mœ
cenate. Ingenioſus ille uir fuit, magnũ eloquẽtię romanę datur[9] exẽ
plum, niſi illũ eneruaſſet felicitas. Lanci. de participijs longe plura,
ſed floſculos ex eo & alijs carpſimus, quos ingenioſę pubi nõ ingra
tos fore ſperamus.

Regula generalis ante poſita declarat.

Reddidim[9] rõnẽ quare infinita, ſupina, gerundia & participia regãt
poſt ſe ſuorꝝ uerborꝝ caſus, quia eſt regula generalis, ubi ſignificatio
eſt eadẽ, eſt & cõſtructio eadẽ, ut em̃ dicimus, ſi tibi cõſtare uis hęc ne